

P.P. ARFMIFARVM GAMALDVLENSTVM

MONTIS ARGENTINI



1683



\*[O][+][\*][X][+][O]\*

# MISSA IN FESTO S. ALOYSII GONZAGÆ, CONFESSORIS.

## INTROITVS.

**M**inuisti eum paulò mi-  
nus ab Angelis: glo-  
ria & honore coro-  
nasti eum. *Psalm:* Laudáte  
Dóminum omnes Angeli e-  
jus: laudate eum omnes vir-  
tutes ejus. *V.* Glória Patri.

## ORATIO.

**C**ælestium donorum distri-  
butor, DEVS, qui in An-  
glico Iuvene ALOYSIО mi-  
ram vitæ innocéntiam pari-  
cum pœnitentia sociâsti; ejus  
méritis & précibus concède,  
ut innocentem non secúti,  
pœnitentem imitêmur. Per  
Dominum nostrum &c.

## Lectio Libri Sapientiæ.

**B**Éatus vir, qui inventus est  
sinè mácula: & qui post  
aurum non ábijt, nec sperávit  
in pecúnia, & thesáuris. Quis  
est hic, & laudábimus eum:  
fecit enim mirabilia in vita  
sua. Qui probátus est in illo,  
& perfectus est; erit illi gloria  
æterna. Qui potuit tránsgre-  
di, & non est transgréssus; fa-  
cere mala, & non fecit: ídeò  
stabilita sunt bona illius in  
Domino.

*Graduale. Dómine spes mea,* *Psal: 70.*

à juventûte mea. In te con-  
firmátus sum ex útero: de-  
ventre Matris meæ, tu es pro-  
tector meus. *V.* Me autem  
propter innocéntiam suscep-  
sti, & confirmâsti me in con-  
spectu tuo in æternum. *Al-*  
*lelúja Allelúja. V.* Beátus *Psal: 64.*  
quem elegisti & assumpsi: *V. 4.*  
inhabitabit in atrijs tuis. *Al-*  
*lelúja...*

Sequentia Sancti Evangelij  
secundùm Matthæum.

**I**N illo tempore: respondens *Matth:*  
IESVS ait Sadducæis: Errá-  
tis nescientes scripturas, neq;  
virtutem Dei: In resurrectio-  
ne enim neq; nubent, neq;  
nubéntur; sed erunt sicut An-  
geli Dei in cœlo. De resur-  
rectione autem mortuorum  
non legistis, quod dictum est  
à DEO dicente vobis: Ego  
sum DEVS Abraham, & DE-  
VS Isaac, & Jacob? non est  
DEVS mortuorum, sed vi-  
ventium. Et audientes tur-  
bæ mirabantur in doctrina e-  
jus. Pharisæi autem audien-  
tes, quòd silentium imposuit  
set.

set Sadducæis , convenerunt  
in unum; & interrogavit eum  
unus ex eis legis Doctor ten-  
tans eum : Magister, quod est  
mandatum magnum in lege?  
Ait illi IESVS : Diliges Dó-  
minum DEVVM tuum ex to-  
to corde tuo, & in tota áni-  
ma tua, & in tota mente tua.  
Hoc est máximum, & primum  
mandatum. Secundum au-  
tem simile est huic : Diliges  
próximo tuum sicut te-  
ipsum. In his duôbus man-  
datis universa lex pendet, &  
Prophetæ.

Psal: 23.  
3.

*Offertorium.* Quis ascen-  
det in montem Dómini, a-  
ut quis stabit in loco san-  
cto ejus. Innocens mánibus  
& mundo corde.

**S E C R E T A:**  
**C**Ælesti convívio fac-  
nos, Dómine, nuptiali  
veste indutos, accumbere;  
quam Beáti A LOYSII pia  
præparatio & juges lachry-  
mæ inæstimabilibus ornatabant  
margaritis. Per Dominum.

*Communio.* Panem cœli  
dedit eis: Panem Angelorum  
Psal: 77.  
v. 28.

**POSTCOMMVNIO.**  
**A**Ngelorum esca nutritos,  
Angélicis etiam Dómine,  
da móribus vivere; & ejus  
quem hódie cólim⁹, exemplo,  
in gratiarum semper actione  
manére. Per Dñum nostrum  
IESVM CHRISTVM Filium  
tuum, qui tecum vivit & re-  
gnat &c.

---

**Ex Indulso san: memor: BENEDICTI Papæ XIII. pro Societate IE-  
SV de die 3. Octobris, 1729. Iam autem pro Regno Poloniae,  
Magno Ducatu Lithvaniae, & Provincijs annexis ex concessione  
Sac: Rit: Congr: die 15. Septemb: 1736. annuente Sanctissimo Do-  
mino nostro, die 18. Mensis, & Anni ejusdem.**



~~Felio S Chrysostogi~~

¶ 3.

Gratiarum Actio pro Victoria  
x. Octobris.

Deus, qui in summis Regni Nostri  
periculis antiqua brachij tui miracula  
renovasti; suscipe gratiarum actiones  
exultantium populorum; et quibus  
tanta gaudi causa prestatisti,  
perpetuam fructum concede letitiae.  
Per Dominum Nostrum.

Evangeliū de iomoni plū: Pastori. Cum audiori poëlia

Nika

Albola — 10

Komorzy — 4

meroly — 1

zirkwälki — 1

gorałow 19

zirkakryp 35

X. III. 19



975092 Bibliotheca 5000 s.  
P.P. Camaldulensium in Bielany

Depozyt w Bibliotece Jagiellońskiej



10361

